

## Folium

### Ste quantus no-

bis esse debet. Non enim ignorare debe-  
mus quia legem ipsam renouauit scriptu-  
ras sanctas: que proprie uoces sunt uerbi  
dispersas: uicq; babilonico igni supersti-  
tes ipse congregauit ac reformauit. Quā-  
tum hoc est aut esse debet omnibus secu-  
lis. Magnū sit & memorabile qd tam  
ipsius qd ceterorum labore ciuitas illa te-  
plum illud manufactum restrui uel reedi-  
ficari potuit. Istud edificium insolubile  
scilicet reformatio sancte scripture longio-  
ris memorie: maioris glorie: altioris est:  
& crit semper excellentie: literas quoq; si-  
ue characteres iste ueteribus commodio-  
res atq; faciliores repperit: & conscriptas  
legem populo tradens & tunc scriba ue-  
lox meruit nuncupari & nunc & imperpe-  
tuum scriba doctus est in regno dei.

### Incipit liber octa-

uus. Porum que in libro bester continen-  
tur initium a somnio mardochei.

#### Capitulum primum

### Magnū in

celo & in terra spectacu-  
lum quod deinde post in-  
dulgentiam regum per-  
sarum subsecutum est. A

somnio mardochei narrationem inchoa-  
re libet qd & si in hebreo non habetur. U  
t ait uir illustris: Jeronimus tamen in edi-  
tione uulgata principium erat voluminis  
Beste & ad rem non nihil attinet. De.  
i. Anno secundo regnate artaxerxe ma-  
ximo uidi somnium mardocheus homo  
iudeus de tribu beniamin qui habitabat  
in urbe Susis illa ciuitas exordium siue  
caput regni erat. Apparuerunt inquit  
De. xj. Uoces & tumultus & tonitrua &  
terremotus & conturbatio super terram:  
& ecce duo dracones magni paratiq; cō-  
tra se in prelium. Ad quorum clamorem  
cuncte concitate sunt nationes ut pugna-  
rent contra gentem iustorum: fuitq; dies  
illa tenebrarum & discriminis tribulatio-

## lx

nis & angustie & ingēs formido sup terrā  
Conturbataq; est gens iustorum timen-  
tium mala sua & preparata ad mortem:  
clamaueruntq; ad dominum. Et illis uo-  
ciferantibus fons paruus creuit in fluiū  
maximum & in aquas plurimas redun-  
dauit. Lux & sol ortus est: & humiles ex-  
altati sunt & deuorauerunt inclitos. Por-  
ro post finem libri eiusdem capituli hoc  
ferebatur. De. x. Uicq; mardoche-  
us. Deo facta sunt ista recordatus sum  
somnia quod uideram hec eadem signifi-  
cantis: nec eorum quicq; irritum fuit: par-  
uus fons qui creuit in fluiū & in luce  
solemq; conuersus est & in aquas pluri-  
mas redundauit bester est quam rex ac-  
cepit uxorem & uoluit esse reginam. duo  
autem dracones ego sum & aman: gētes  
que conuenerant hi sunt qui delere cona-  
ti sunt nomen iudeorum.

De duobus draconibus id est de mar-  
docheo & amā & qd homo innocuus mar-  
docheus non absurde per draconem fue-  
rit somnio designatus cuius & christus per  
serpentem eneam fuerit predesignatus.

#### Capitulum. ij.

### Ab isto in qua

ali somnio narratione incho-  
are libet eorum que continent  
in eodem libro beste. Idcirco ut excita-  
tus animus persenscat malum fuisse il-  
lud qd molitus est aman ex diabolo dra-  
cone antiquo tronum suū habente in pe-  
ctore aman. Nam ecce draco dicitur est  
aman. Duo inquit dracones ego sum &  
aman & mardocheus quidem draco uisus  
sed ratione longe diuersa. Beniq; draco  
aman propter causam ueram: propt̄ dia-  
bolum draconem antiquum ueraciter ha-  
bitantem in pectore aman: cuius uicelicz  
draconis capita septem habentis quartū  
caput fuisse iam dictum est regnum per-  
sarum & medorum maxime propter amā  
& propter gentes illius imperij sup quas  
cum eleuatus esset amā delere uoluit gē-  
tem de qua nasciturus erat christus iuxta  
re-promissionem quam acceperat Abra-  
bam. Porro mardocheus draco non re-





## Liber

dum se prouebere putat amicum fideles: profecto contra semetipsum sustollit inimicum crudelem. Insuper et patris loco colimus eum ait idem in epistolis quas ad centum vigintiseptem prouinciarum principes et duces transmisit. Stulta exaltatio iubere hominem adorari: quod soli debetur deo: regibus tamen superbie regie perficium exemplum imitatus alexander magnus aliquandiu sustulit. sed tandem ubi inuidiam se superauisse existimauit non salutari: sed adorari se iussit acerrimus inter recusantes calisthenes philosophus extitit: que res et illi et multis principibus macedonum exitio fuit. Siquidem sub specie insidiarum omnes interfecti sunt. retentus tamen est a macedonibus modus salutandi regis exosa adorazione. Quid igitur de psico regni fastigio preter nomen regium defuit illi superbusimo quod quidem insatiabilis eius auaritas sceleratissime ambiuit sic animaduerti licet ex libri probemio in uulgata ut ait fidelis interpretes Jeronimus editione prescripto **De ster. xij. Adorabatur mardocheus in aula regis cum gabatha et thara eunuchis regis qui ianitores erant pallacij. Cuius intellexisset cogitationes eorum et didicisset quod conarentur in regem manus mittere nunciauit super eo regi. qui de utroque habita questione pressos duci iussit ad mortem. Aman uero filius amadati bugens erat gloriosissimus coram rege et uoluit nocere mardocheo et populo eius per duobus eunuchis qui fuerant infecti. Ambiebat ergo regium quoque nomen non contentus honore quis nimio homo ingratus hominibus inimicus deo qui propter hoc mardocheo nocere uoluit: quia regis uitam premiunendo seruauit.**

**Que causa obij maxima fuerit et quantum plus ceteris regibus inuenierit agere contra propositum dei.**

**Capitulum. viij.**

**Eruntamen:**  
maior et certior obij magneque iracundie causa extitit illa qua

## Octauus

scripture ueritas hoc modo tradit **De ster. iij. Solus mardocheus non flectebat genu: neque adorabat amian. quod cum audisset amian et experimento probasset quod mardocheus sibi non flecteret genu nec se adoraret iratus est ualde et pro nihilo duxit in unum mardocheum mittere manus suas. Audierat enim quod esset gentis iudee magisque uoluit omnem gentem iudeorum qui erant in regno assueri perire nationem. Hec belli causa hoc duelli fuit inscium hoc modo duo dracones illi pugnare contra se ceperunt. Draco scilicet mardocheus apud homines penes quas condemnabatur. Draco amian uidelicet primo apud deum et omnes sanctos eius iudicatus: et deinde apud homines condemnandus. Nunquam tam crudeliter tam furiose suum quidem caput erexit draco dyabolus aduersus mulierem de qua sepe diximus. Cetera namque capita eius sese erigenda multoque byatu patientia. hoc intendebant ut deuoraret filium eius: caput istud hoc intendit ut totum ipsum deuoraret mulieris corpus. manifestus dicendum. Cetera regna dyabolice crudelitati famulancia gentem illam uexando dei legem et omnem promissionis spem adimere conentebant regnum. istud pro scribente amian delere uoluit gentem ipsam. Itaque mulier illa in uero habens atque per uirgens nunquam alias magis clamauit nunquam uehementius cruciata est. id est gens illa nunquam tam publicum tam uniuersalem habuit luctum in omnibus prouinciis opidis ac locis: ad que crudelis regis dogma peruenerat luctus et plangens ingens erat apud iudeos: ieiunium uulatus et fletus: sacco et cinere multis prostratu uentibus**

**De luctu mardochei: et quod ueraciter quoque de isto dicamus: quia ferrum pertransiuit animam eius.**

**Capitulum. viij.**

**Primus ipse**  
mardocheus scidit uestimenta sua et indutus est sacco spergens cineres capiti: et in platea medio ciuitatis uoce magna clamabat ostendens ama-

## Folium

ritudinē animi sui: et hoc vultu vsq; ad  
fores pallacij gradens. veraciter de isto  
quoq; dicas: quia ferrum pertransiuit a  
nimam eius: et vere beatus est. **Nā** beati  
qui persecutionem patiuntur propter ius-  
ticiam. **Iusticia** namq; est q̄ noluit ado-  
rare aman iustā intuens causā. **Bester**  
**xij.** **Cuncta** nosti inquit domine et scis  
quia non pro superbia vel aliqua glorie  
cupiditate fecerim hoc vt non adorarem  
aman superbissimus. **Libenter** enim pro  
salute israhel etiam vestigia pedum eius  
deosculari paratus es: sed tūm ne ho-  
nozem dei mei transferrem ad hominem  
et ne quenq; adorarem excepto deo meo  
**Iustus** igitur in hoc facto comprobatur  
legi sancte iuste et bone obtemperando:  
cuius hoc preceptum est. **Matth. iij.**  
**Domini** tuum adorabis et ipsi soli ser-  
uies. ac proinde beatam habet memoriā  
atq; eximius est inter beatos qui perse-  
cutione patiuntur vel passi sunt propter  
iusticiam talisq; filius captiuorum digne  
adeptus est possessione et coronā auctā  
in regno celorum.

**Quam** recte aman adorare noluerit  
mardocheus: et quomodo recte non re-  
prehenditur: quia legimus adoratum in-  
terdum fuisse regem dauid: cum ille ado-  
rare hominem pro sacrilegio duxerit.

### Capitulum ix.

## Ed dicit ali:

**S**quis: si contra leges est adorari  
quemq; hominem quomodo  
dauid sanctus et sancte legis assertor dili-  
gentissimus sese adorare passus est et nō  
reprehenditur factum quasi contra leges  
clamans namq; achimmas bonū victorie  
de absalon portans nunciū dixit ad regē  
**ij. Regum. xvij.** **Salve** rex: et adorans  
regem coram eo pronus in terrā ait. **Be-**  
**nedictus** dominus deus tuus etc. itemq;  
scriptum est. **ij. Regum. j.** **Inclinavit**  
se bethsabee et adorauit regem. et rursum.  
**Submisit**q; bethsabee in terram vultu:  
et adorauit regem. **Et** ne adorationis ge-  
stus minor videatur vt dicas longe esse  
minus vultum submittere vel pronum in-

## Irij

clinare q̄ genuflecte q̄ fiebat aman. ecce  
illud occurrit q̄ mulier thecuites sumissa  
a ioab cum ingressa fuisset ad regem ce-  
cidit coram eo super terram et adorauit.  
**Quomodo** ergo nō reprehenditur factū  
q̄si contra leges in dauid: et mardocheus  
hominem adorare pro sacrilegio duxit.  
**Ad** hoc breuiter respondendum: q̄ longe  
aliud est adorare hominem sine deo qualis  
erat aman: aliud hominē dei qualis erat  
dauid. **Nam** dum homo sine deo: homo  
seruies dyabolo adoratur sine dubio dya-  
bolus in illo adoratur: et contra dū homo  
dei: homo deum honorans: et adorans a-  
doratur vel suscipitur: deus in illo adoratur  
deus in illo suscipitur. sed et in hoc distātia  
magna est q̄ aman supbus hoc volebat  
hoc exigebat vt adoraretur. **Dauid** siue  
q̄spia sanctus humilis dei seruus siue vi-  
carius adoratione non delectatur: neq; sibi  
hoc exigit vt adoretur. **Et** si aliquando re-  
ligio fieri hoc exigit constat non fieri ad  
inuriam: sed honorē dei constat non fieri  
homini quomodo fit pro nomine domini.

**Se** eo q̄ ait bester. et tunc ingrediar  
ad regē contra leges faciens non vocata  
trahensq; morti et periculo: et cur adeundi  
regem tanta erat difficultas.

### Capitulum x.

## Quia aut tanta

erat difficultas adeundi regē  
nam q̄ magna difficultas fu-  
erit ex eo manifestum est q̄ bester mar-  
docheo demandans ita respondit. **Bester**  
**ij.** **Omnes** serui regis et cuncte q̄ sub  
ditione eius sunt norunt provincie q̄ siue  
vir siue mulier nō vocatus interius aurū  
regis intrauerit absq; vlla cunctatione sta-  
tim interficiatur: nisi forte rex aureas virgā  
ad eū tetenderit pro signo clemencie: atq;  
ita possit viuere. **Rursumq;** vade et con-  
grega oēs iudeos quos in susis repereris  
et orate p̄ me. nō comedatis et nō bibatis  
tribus diebus ac noctibus: et ego cum an-  
cillis meis similiter ieiunabo: et tunc in-  
grediar ad regem contra legem faciens:  
nō vocata: trahensq; me morti et periculo

## Liber

Cur inquam tanta erat difficultas ad eundem regem. **P**rimum hoc venerat ex nimia vetustate misere vanitatis: ut rex magni imperij plus boie putaretur hñe aliquid: nec vilior fieret ex usu publice visionis. **M**axime apud psas mos iste lege sanctus fuit ut persona regis occultaretur sub specte maiestatis. **E**a lege dyabolus per amā abuti voluit: ut dū ille accusator tam familiaris regi immineret: et ad excusandum nulli aditus pateret: ad exorandum nullus accessus fieret: emuncta regis sententia curreret irrevocabilis: atq; ita oraconi illi devotare liceret: non solum conceptum: verū etiam totū corpus mulieris in utero habentis id est gentem univērsā delere: penes quas erant promissa: quem admodū idem mardocheus ad dei orās dicit. **U**ester. xiiij. **E**t nunc tua volūt mutare promissa: et delere hereditatē tuā et claudere ora laudantium te: atq; extinguerē gloriā templi et altaris tui.

**De sortitione siue sortibus aman quo die quo mense gens iudeorum deberet interfici: et contra de sortibus domini quas signas per os pphete. In manibus tuis inquit sortes mee.**

### Capitulum. xj.

**C**onsideremus altitudinem cordis superbi in ipsa preparatiōe malignitatis. **U**ester. iij. **M**ese primo cuius vocabulū est nylan anno. xij. assueri missa est fors in vnam que hebraice dicitur pbur corā aman quo die et quo mense gens iudeorum deberet interfici: et exiit mensis duodecimus qui vocatur adar. **N**ondum sciebat stultus vtrum deberet gens iudeorum interfici: et forte iam querebat quo die quo mense deberet interfici: forte putabat se esse tantū et tātus erat in oculis suis ut i manu sua mors hominū: et vita credi deberet constituta et idcirco voluntatē suā satis esse iudicās de interfectione querendū censebat a sortibus solūmodo de interfectionis tempore. **E**t ille cuius carnis originem sibi sortes illas pabat pcedere: iam dudus dicebat

## Octavius

per os prophete. **I**n manibus tuis sortes mee. **V**oces quippe illius tricessimi psalmi voces sunt verbi incarnati cuius incarnationis fides et spes sibi promissionem sic erat in corde illius gentis sicut infans in utero mulieris. **Q**uanteunque vel qualescunque sortes eius fuerint vel sint quas cōmemorans deo pari dicit ipse. **I**n manibus tuis sortes mee: nullo modo debent excipi sortes quae misit aman quin ad sortes eiusdem pertineant. **E**t revera sicut in alio psalmo iam tunc dicebat. **E**t super vestem meam miserunt sortē. ita constanti veritate ipsi dicere conveniebant: et super matrem meam super gentem de qua nasciturus eram miserunt sortes. **I**gitur ille perditus et a sua superbia deceptus vna sortium consultatione de duabus rebus existimavit sibi responsus vel satisfactū esse: scilicet et de interfectione: et de interfectionis tempore. sed i manibus tuis inquit sortes mee quod sic recte intelligitur ac si diceret. **I**am de isto maligno sortitore aman hostis et inimicus meus pessimus misit sortes ut interficeret. **T**u autem in manibus tuis habes potestates vite et mortis sortes eadem commutasti ad illius interfectionem: ad mee gentis ereptionem.

**Quomodo illusus sit aman a sortibus suis sibi similitudine dyaboli de quo dominus ad beatum iob. Nunquid pones circulum in naribus eius et c. et quomodo mulier in utero habens tunc clamaverit**

### Capitulum. xj.

**R**evera iam in isto dyaboli membra factū est quod significabatur in ipso capite dyabolo dicente domino ad beatum iob. **U**ester. xl. **N**unquid pones circulum in naribus eius. nūquid illudis ei quasi aui infatuatus nāq; et illusus est ab ipsis sortibus dū mittēte eo sorte mense prio quo die quo mense iudei deberet interfici mensis duodecimus exiit. totū vtiq; annum ad dilationē fors illa poposcit. **D**eus exegit sorte regens et habes ut iam dictū est in manibus suis. primū in hoc infatuatus et

## Folium

illusus est: qd nondum sciens virum gens deberet interfici: et solum queres tempus interfectionis dum a fortibus responderetur interfectiones ipsam a primo mense vsq; ad duodecimū id est anno fere integro debere differri id est esse putat: ac si totū vel vtrūq; habeat in manibus suis se; et interfectionem et diem interfectionis. deinde et in hoc illusus est qd dum suscepta mora tante dilationis interim pendet sententia mortis: oportūū facit viuere genti spacium quod sufficere possit ad legationes mittendas in longinquum id est in altitudinem celi vnde auxiliares copie debeant conduci se; ieiunia lacrimae et preces que nimirum ydonee legationes erant et sunt ad inuitandū seu inuocandū de celo auxiliū domi. profecto et si prope erat vt est dominus omnibus inuocāibus cū in vitate. nihilominus tamē erat necessariū tam longum a fortibus datum dilationis spacium: vt sufficeret tempus currētibus epistolis et recurrentibus ad principes et populos tot prouinciarum: et nouis epistolis veteres aman litere insidiatoris: et hostis iudeoz quibus eos in cunctis regionis prouinciis perire preceperat corrigi possent priusq; termino ipis concluderent. **Hanc clamores eoz quibus vel quantis clamauerunt in celum oēm crates sentire: s non obliuisci vult sacer ecclesie chorus dum per singulos annos statutis diebus declamat ante dominū in persona illorū.** **Exer. xiiij.** **Uerte cor eius se; regis in odium repugnantium nobis: et in eos qui p̄sentunt eis. nos autē libera a manu tua deus noster in eternum.** **Revera qui perpendit quantum illud negociū fuerit clamare in celum: ne exterminaret gens vnica de qua promissa sperabatur salus mundi: dignum existimat clamorē illum: suae hec dicit clamorū illius altisonis vocibus efferi et immobilari contemplationi angustiarum illius ipis: quando mulierē sepe dictam in vtero habentem iam tunc anteq; pareret salutem nostram pene abso:buit.**

**Et neq; illius neq; alterius tribulationis tempore putandum sit nullū fuisse**

## Iruj

qui memoriter teneret p̄missionis verbū et eius suspiraret aduentum.

**Capitulum. xiiij.**

**H** putas ne minem tunc in gente illa: vel de populo illo extitisse quem cura ista tangeret: vel qui sciret messiaz venurum esse: imo nulla etas extitit. ex quo deus ad abrabaz locutus est qui nō haberet aliquos scientiam p̄missionis illius habentes: et aduentum expectantes pauci admodum eiusmodi se; qui de aduentu vel regno christi spiritualiter sentirent. **Omnes autem audire oportebat legem et prophetas continentes atq; testificantes eius p̄missionem: quis non spiritualiter intelligeret: quis nō tam celeste q̄ terrenum eius regnum speraret.** **Hec dubium quin et si in prosperitate negligentiores erant: in aduersitate fierent attentī ad illā spem: ad illaz expectationē iamq; illum aduenire desiderarent que; subuenire posse credebant. vtpote regem magnum: regem potentē.** **Primus ipse moyses dum mitteretur ad pharaonem.** **Exod. iij.** **Obsecro inq; domine mitte que milturus es.** **Similiter de ceteris etatibus vel temporibus sentiendum quod riens legimus. et clamauerunt filij israhel ad dominum propter illam vel illam tribulationem.** **Sciendum non defuisse clamoribus eorum memoriam sepe dicte p̄missionis qua de lege et prophetis audiebant promissum esse saluatorem.** **Simulq; notandū qd quēcunq; taliter clamantibus suscitabat saluatore aliq; per ipsuz efficiebat deus in quo signaret vel p̄figuraret illum qui expectabatur et desiderabatur xp̄m vnicū et verū saluatore. sicut de isto quoq; mardocheo iam dictū et adhuc dicendum est.** **Hec idcirco nunc dixerim vt dubium non sit quin saltē illi veratio intellectū dederit auditui: vt cogitarent audito sue mortis edicto cōfugere ad deū et clamare pro aduentu christi tale quid quale illud est in dauid.** **Psal. l.** **Et iustificeris in sermonibus tuis et vincas cum iudicaris.**

## Liber

**L**aus bone mulieris bester q̄ i facto suo quatuor principales habuerit virtutes

**Capitulum. xiiij.**

## Electat imo

**D**rari diutiusq; contemplari factū mulieris bone de qua recte dicat. **M**ulieris bone beatus vir. Numerus enī annorū illius duplex: q̄ videlicet z in presenti et in futuro seculo memoriā bonā: memoriāz eternā habet. **S**electat in quāz contemplari q̄ bona: z qualibus bonis ornata fuerit: z q̄lter opus salutis per manus eius processerit. **E**cce i facto vel in processu eius principales quatuor virtutes animaduertimus quas z diuine z humane scole concelebrant quas p̄b̄i filosof̄i tam seculares q̄ ecclesiastici celeberrime predicant: ea tamen differētia vt isti in spiriualibus z eternis. illi in secularibus z transitoriis fructibus expendant sc̄z prudentiam temperantiam fortitudinem iusticiāz. virtutes inquam istas promptum est agnoscere in ista muliere bona in facto mulieris huius bone z sentate gratia sup̄na coornatas. **P**rimo itaq; loco temperantiaz eius considerare libet: sequenti iusticiam: tercio prudentiā: quartio fortitudinem.

**Qualiter in ea virtus temperantie splendet**

**Capitulum. xv.**

## Temperantie

**V**irtus in ea splendet dū in summo regni fastigio i magno regis cubiculo casta z humilis apparet. sic enī de ea scriptūz est. cum iam dyadema regni in capite eius positū scriptura nazarisset. nec dūq; prodiderat bester patriāz z populum suum iuxta mandatum eius videlicet mardochei. **B**ester. ij. **Q**uicquid enim ille precipiebat obseruabat bester z ita cuncta faciebat vt eo tpe solita erat quo eam paruulam nutrebat. **I**te ipsa dicit in oratione sua. **B**ester. xiiij. **T**u scis domine necessitate meam q̄ ab hominib; signū superbie z glorie mee qd̄ est sup̄ caput meū in diebus ostentationis mee: z detester illud quasi pannum men-

## Octauus

struate: z nō portē in diebus silentij mei. **V**eraciter eximium ipantie documentū hic apparet: quia magnā humilitatis suauitatem sermo iste redolet. **I**tem dicit **B**ester. xiiij. **T**u domine qui habes oīm sciētiā nosti qz oīerā gloriāz iniquorū z detester cubile incircūcisozū et omnis alienigene. et hic p̄fecto magnūz ipantie decus est: quia mulier facta i captiuitate regina: q̄ animo casta sit deū testē habet

**In quo claret eius iusticia.**

**Capitulum. xvj.**

## Iusticiāz in eo prio

**S**i aduertimus q̄ confiteatur z dicit. **D**ecauimus domine in aspectu tuo. z idcirco tradidisti nos i manus inimicorū n̄ozū eolumus enim deos eorū. **I**ustus es dñe **H**ic iusticia est. **P**rouerbiorū. xvij. **N**az iustus in principio accusator est sui deinde z amplius in eo iusticia est q̄ sic iam dictum est. **D**eū testem habet: quia oderit gloriāz iniquorū: z detestata sit cubile incircūcisozū z oīs alienigene. **S**i quidez tpe illo z ex quo deus abrahā facta promissioe loquens. **B**enef. xvij. **C**ircūciderit aut in vobis omne masculinum: z circūcideris carnem p̄cipuā v̄i vt sit signum federis inter me z vos. **E**t tunc inquam vsq; ad aduentū christi iusticie principium erat circūcidi cum fide abrahe credentis in promissione beate seminis. **U**nde z aplūs dicit ad **R**o. iij. **E**t signū accepit circūcisionis signaculūz iusticie fidei. **N**ec pretereundūz q̄ valde p̄gruum fuerit illud signū siue signaculūz iusticie fidei in ea qua semē traicitur p̄ corporis: qz videlicet p̄missio cui abrahā credidit semis p̄missio fuit: semis vnus qd̄ est xp̄s. **I**taq; circūcidi testimoniuūz erat fidei testimonium credendi in xp̄m venurū: sine cuius fide nullus pōt iustificari. iusticie igit palmarū obtinet. iusticie que ex deo est dū detestat cubile incircūcisozū: sciens qz p̄ter fidez semis abrahe cuius fidei circūcisio signum erat rex ille q̄uis misericors deo iniustus existerat.



## Folium

De eius iusticia: et quod coniunctam ali  
enigene excuset necessitas de iniusticia.

Capitulum. xvij.

## Dyctas ne minus

**P** iusticie nunc obtinet tolerando  
id quod aderat cubile incircūcisi  
quod si refugisset ne villo modo coniungeretur  
illi. nequaquam. nam tu dñe inquit. **Bester**  
**xiiij.** scis necessitate meam et vera sen-  
tencia est. necessitas parit coronam. vere  
necessitas eius necessitas fuit pariens co-  
ronam. **Et quis nouit inquit mardocheus**  
**Bester. iij.** **U**trum idcirco ad regnum ve-  
neris ut in tali tpe pareris. nequaquam tanti  
debit illi esse custodia corporis sui ut pre-  
poneret eam comuni salute gentis: imo sa-  
luti totius mundi: cui videlicet saluti oim  
mirabiliter cooperata est illa coniunctio  
captiue bester et regis assueri. Nam per  
illam occasionem liberati sunt iudei qui heri  
debebant patres salutis: preses carnis cristi  
**Et si illa nondum hoc totum sciebat quando**  
**primus ad cubile incircūcisi fuit abducta**  
**tamen sic furatum erat. Et quis accuset**  
**moysen de iniusticia dicentem ad deum:**  
**Exod. xxiiij.** **Q**uare dimittite eis hanc noxam  
aut si non facis dele me de libro tuo quem  
scripsisti. **Quis item accuset apostolum de**  
**iniusticia dicentem ad Ro. ix.** **O**portaba  
ipse ego anathema esse a christo pro fratribus  
meis qui sunt cognati mei secundum carnem. Sic  
profecto nec bester accusari de iniusticia  
potest etiam si optasset coniungi incircūciso  
regi pro salute vel consolacione sue gentis  
etiam si non eueniret periculum tam magnum  
quod post illam coniunctionem euenit: sola  
captiuitatis necessitas illam excusare posset

De prudentia que spectabilis et in facto  
et in sermone eius appareat.

Capitulum. xvij.

## Tam prudentie vir

us in ea spectabilis ad laudem dei predi-  
canda est. Fecit enim tam prudenter ut di-  
ctante spiritu sapientie fecisse non dubites

## lxiiij

et sicut de beato ioseph dictum est. **Psal-**  
**cliiij.** **E**loquium domini inflamauit eum. ita de  
ista quoque veraciter dicas. **E**loquium domini in-  
flamauit eam. dicenti ad eam regi. **Bester. v.**  
**Q**uid vis bester regina que est petitio tua  
etiam si dimidia parte regni mei petieris  
dabitur tibi. ita respondit. Si regi placet  
obsecro ut venias ad me hodie et amari-  
tecum ad conuiuium quod parauit. non statim  
dixit petitionem suam. non confestim apertit  
voluntatem suam: sed ad conuiuium vtriusque  
inuitauit amicum et inimicum: regem et aman-  
**Prudenter** providebat illic aperire ini-  
micias unde effugere non posset hostis  
homicidij. **Sed** nec in primo conuiuium rem-  
aperuit. dimisitque hostem morti destinatum  
vnius diei mala securitate perfrui: et de ma-  
gnitudine diuitiarum gloriari iactantem  
atque dicentem. **Bester. v.** **R**egia quoque  
bester nullum alium vocauit cum rege ad  
conuiuium preter me apud quam et iam  
cras cum rege presurus sum. **Illam** vtriusque  
male securum. regem autem magis beniuolum  
magisque fecit attentum. **Si** inquit. **Bester. v.**  
inueni gratiam in conspectu regis: et si regi  
placet ut det mihi quod postulo et meam  
impleat petitionem veniat rex et aman-  
ad conuiuium quod parauit eis: et cras regi  
aperiam voluntatem meam: feram immanem  
usum ferocem ut trahat ad supplicium: al-  
licet ad epulum ne prius audiat famam:  
quod subeat penam. ne prius videat foueam  
quod incidat in eam: prudens et sciens como-  
dus esse feram comprehensam inuis op-  
primi quod exterritam: et per saltus fugientem  
cum canibus dubio euentu insequi.

De prudentia secundum modum locutionis  
id est quod prudenter suam tandem regi vo-  
luntatem aperuerit.

Capitulum. xix.

## Pro ipse me

**P** dus locutionis ubi tandem regi  
voluntatem suam aperuit: ubi peti-  
tiones suas et preces suas locuta est. ille in-  
modus locutionis qualis extitit. dicenti regi iam  
facta vice. **Que** petitio tua: etiam si dimidias

## Liber

partem regni mei petieris impetrabis  
**H**ester. vij. **S**i inveni gratias in oculis  
tuis o rex et si tibi placet dona mihi aiaꝝ  
meam pro qua rogo: et populū meum p  
quo obsecro. Traditi enim sumus ego et  
populus meus vt conteramur et iugule-  
mur et pereamus: atq; vtinam in seruos  
et famulas venderemur esset tolerabile  
malum et gentes tacerem. Nunc autem  
hostis nŕ est cuius crudelitas redūdat in  
regem. laudabilis in tali elocutione pru-  
dentia sana cuius doctrix est sancta et ma-  
tura humilitas. Nunquid reginaꝝ se esse  
sciebat que tali mō regi supplicabat. nun-  
quid amari sese sentiebat que tāto tamē  
timore obsecrabat. Profecto mirari rex  
ipse poterat: qui si peteret illa dimidiam  
regni sui partē dare paratus erat. mirari  
inquā q̄ regina sua dilecta sua digna im-  
perio p̄e cunctis mulieribus existimata:  
sibiq; p̄e omnibus feminis cōplacita pro  
anima sua id est pro vita sua supplicabat  
tanq̄ captiua tanq̄ proscrip̄ta velut si ab  
ipso rege fuisset condemnata. Nec p̄pter  
intimidā eius prudentiā dicta sunt que  
tanta est vt magnitudinē eius nullus ver-  
bis digne valeat consequi.

**N**ō sit satis in ea dixisse prudentiā  
imo diuinam prouidentiam.

### Capitulum. xx.

**N**unquid vero  
satis est dixisse prudentiā: imo  
magis diuinam prouidentiaꝝ.  
**C**onsideremus que inter dilationes eue-  
nerunt dū differi regi aperire voluntateꝝ  
suam et liquido constabit: q̄ prouidentia  
diuina rexit regine prudentiam. quando  
ad primū cū rege venit aman conuiuū:  
nondum metsibi destinātū parauerat sup-  
plicium. Siquidem deo iudice sic fuerat  
p̄ordinatū vt ipsemet pararet patibulū  
machinatū alteri debitum sibi. Hoc autē  
sicut iam dictum est nondum parauerat  
Diuina igitur factū prouidentia non du-  
bitamus q̄ voluntateꝝ suāꝝ primo aperire  
diuino differens. venit inq̄ **H**ester. vj.  
rex et aman ad conuiuium qd̄ parauit eis  
et cras aperiam regi voluntatem meam:

## Octauus

Egressus est illo die amā letus et alacer  
**T**ube inquit vxor eius pari excelsam tra-  
bem habentem altitudinis quinquaginta  
cubitos: et dic mane regi vt appendatur  
super eaz mardocheus: et sic ibis cū rege  
letus ad conuiuū **H**ester. vj. **N**ocē  
illam rex duxit insomnes et inter legendū  
vel audiendū hystorias et annales priorū  
tempoz venit occasio vt illum quem pa-  
rabat aman appendere super patibulum  
ipsemet regiis vestibulū indutū imponeret  
super equū regium procedens et clamās  
ante illū **H**ester. vj. **H**oc honore con-  
dignus est quecunq; rex voluerit hono-  
rare. **M**ulium itaq; per dilationē illas  
aucta est regis beniuolentia: et hoc diui-  
nius prouisum est. quō regem audiuū  
p̄tione hester: beniuolum quoq; mar-  
docheo fieri oportebat quod mirabiliter  
eiecit nocte illa meritorum eius relecta  
memoria.

**E**xperimentū hoc esse: q̄ sicut de dya-  
bolo dictum est ad beatum iob in oculis  
eius quasi hamo capiet eum: itaq; an ex-  
trahere poteris leuiathā hamo: ita fece-  
rit in aman vt p̄cens nominatus hostis  
super mensam inueniret penam.

### Capitulum. xxj.

**H**oplus autē  
illud quod adhuc dicere libet  
prudentie hester pariter et di-  
uine prouidentie laus est. Deniq; de dya-  
bolo dictum est ad beatū iob **J**ob. xl.  
**I**n oculis eius quasi hamo capiet eum.  
**I**te an extrahere poteris leuiathā hamo  
profecto per escam capitur qd̄ hamo ex-  
trahitur. esca ostenditur: ferrum subtegit  
q̄ sim hanc similitudinē dyabolus perse-  
quendo christi humanitatem ab eiusdem  
diuinitate fuerit comprehensus notum et  
vsitatum habemus. nimirū illius sc̄z dya-  
boli seruus et satelles erat aman p̄cipuus  
et in illo habitans ipse dyabolus rem tāti  
sceleris machinabatur. Nonne igitur mi-  
rabile est et cogitatu delectabile q̄ in con-  
uiuio captus est dicente regina **H**ester  
vj. **H**ostis et inimicus noster pessimus  
iste est aman. deniq; quasi hamo captus

## Folium

est in oculis suis: comprehensus est qui cō  
uiuando super mensam inuicit penam.  
**M**anifeste est miro modo gessit diabo  
li figuram. **E**contra christi mardocheus  
typum gessit. **S**icut enim aman in cruce  
suffixus est quam mardocheo parauerat  
et mardocheus super equum regiuꝝ ascē  
dit quem honorem sibi aman a rege pa  
rari putauerat. **I**ta diabolus in cruce dā  
natus et triumphans quam christo para  
ri fecit: et christus uiuens sedet ad dexte  
ram patris: cuius similitudinem diabolus  
sibi arrogare presumpsit. **P**roinde gra  
tante dixerim: quia uerbum dei uerbum  
deus. uerbum non dum incarnatum: de  
us non dum homo factus: uictoriam suā  
non solum ibi presignauit: uerum etiā ibi iā  
ut ibi iā prudentiā eius percussit superbi:  
et ibi iam obstetricante manu eius egres  
sus est coluber toruolus

**Q**ualis uel quanta fuerit in pectore ei  
us uirtus fortitudinis: uirtus et fortitudo  
boni zeli

Capitulum. xxij.

## Quod per tres

**Q**uam dictas uirtutes: temperan  
tiam: iusticiam atq; prudentiā  
strenue: imo diuinitus fuerat prouisum:  
per fortitudinem confestim aut segniter ē  
consumatum: fortitudo in pectore humi  
lis femine tanta extitit que et in omnē gē  
tem ipsius redundauit: ut suspensio aman  
in patibulo cum regis ira requieuisset. **Z**e  
lus regine non quiesceret sed si regi pla  
cet inquit **De. ix.** **D**etur potestas iude  
is: ut sicut hodie fecerunt sic et cras faciāt  
in **S**usis et decem filij aman suspendant  
in patibulis. **D**ixerat autem ei rex in ur  
be susis interfecere iudei quingentos ui  
ros et alios decem filios. **Q**uanta pu  
tas eos exercere cedem in uniuersis pro  
uincijs. **Q**uanta fortitudo zeli dicentis si  
cur fecerunt hodie: sic et cras faciant: et su  
spendens in patibulis iāz interfeceros de  
cem filios aman. **S**i non fuisset propi de  
um uel propter iusticiāz uideretur crude  
litas. **N**unc autem considerata causa uin  
dicta in eiuſmodi non solum excusat: uerum  
etiam iustificat: quod non fuerit furor crude

## lxx

litatis: sed feruor fortitudinis: non motus  
seuicie: sed motus iusticie: nō ire excessus  
sed uite prospectus. **C**ausam iam conside  
rauimus iam considerandam proposui  
mus: quia de gente illa sperabatur mūdi  
salus: nasciturus expectabat christus: pro  
inde dignum se faciebat spiritus auctus i  
spirando humilibus et teneris mentibus:  
ut pro tempore et re iusticia dura: duricia  
iusta uerentur defendendo bone oliue ra  
dicem. bone radicis oliuam ut staret et p  
maneret donec daret fructum suum do  
nec effunderet oleum: uerum generando  
christum: quod ubi factum est rēconde ait  
petro gladium in uaginā: quod uidelicet cur  
uictetur gladio petrus causam iam non  
habebat necessariam. **C**um igitur legimus  
quia pro animabus suis steterit iudei inf  
fectis hostibus ac persecutoribus suis in  
tantum ut septuagintaquinque milia occi  
sorum et nullus de substantijs eorum quod  
quā contingeret: iam dictas pte oculis ha  
bentes causam: dignum festiuitate factuz  
arbitremur. quod uidelicet festum scripto  
edixit mardocheus: sanciuuit bester: ut oī  
studio dies interfectionis illius sollemnis i  
posterum seruarietur: et reuertente semper  
anno solenni honore celebraret

**R**ecapitulatio siue collectio capitū dra  
conis id est regnorum eiuſmodi quomo  
uictis singulis certis in personis triupha  
uerit uerbum dei.

Capitulum. xxij.

## Hec iam notan

**H**ec iam notan  
dum uerbo dei quia singu  
lis capitibus draconis dum ui  
cit regalia uictorie signa personis illis p  
quas uincit imponit ioseph et moyses per  
quos uicit caput primum caput egiptiuꝝ  
in curribus triumphauerunt dominiq; ac  
principes facti sunt illo dicente rege  
**De. xij.** **E**cce constitui te super omnes  
terram egipti: amulum regium: stolamq;  
bilinam: et torquem accipiens aureā: se  
densq; super currum regium. **M**oyses  
autem egipto domita: merisq; pharaone  
decantans uictorie canticum: toriusq; po  
puli obrinens principatum. **H**elias p que

## Liber

iudicatum atq; concisum fuit caput secū  
duz sicut loco suo narratum est: postq; de  
iecit reges ad perniciem z contregit potē  
tiam ipsorum postq; vixit reges ad potē  
tiaz z prophetas fecit successores post se  
receptus est: in turbine ignis in curru e  
quorum igneorum. Daniel vt socij eius  
per quos humiliatum fuit caput tertium  
principes facti sunt precipue daniel quez  
rex nabuchodonosor cadens in faciem su  
am adorauit: z in sublime extulit quez de  
inde baltasar purpura vestiuit: z torquez  
auream collo circumdedit. **Mardocheus**  
z **hester** per quos caput quartum ap  
penso aman in patibulo z filijs eius z oc  
cisis: vt iam dictum est septuagintaquin  
q; milibus strangulatum atq; concisum  
est qualibet victorie titulis suere glorifica  
ti. **Hester** regina regum in capite suo ge  
stauit diadema. **Mardocheus** de palla  
cio z de conspectu regis egrediens fulge  
bat vestibus regijs. **Facinctis** videlicet  
z acrinis coronam auream portans in ca  
pite z amictus pallio serico atq; purpu  
reo qui caput quintum caput nequissimū  
reperculserūt machabei fratres post bel  
la ingentia: crebrasq; victorias purpura  
z stola sancā: fibulaq; aurea regio more  
perornati sunt: z posteri eorum regnum z  
sacerdotium non parua gloria recupera  
tuz obtinuerunt. **Porro** qui caput sextū  
vicit caputq; septimum vincet quādo an  
tixpm spiritu oris sui interficiet. **Ihesus**  
christus non qualiscunq; propugnator v  
bi dei: sed ipsum verbum: dei verbum: de  
us homo factus: coronam aut purpuraz  
in hoc mundo nō nisi irrisorie accepit co  
ronam spineam clamidemq; coccineam  
z in dextera manu arundine pro sceptro  
impositam. **Verum** tamen que pro irrisio  
ne in hoc mundo data sunt ei: sic in seria  
conuertit: vt nunc appareat angelis z ho  
minibus sanctis in gloria patris habens  
purpuram resurrectionis: coronaz glorie  
z honoris z eterni sceptrum imperij. **Be**  
tribus vltis capitibus mēto nūc tantū fa  
cta sit vt simul de cūctis capitibus vni p  
senti loco spectaculū habeat qd ad laudē  
spectat vbi dī quia qui pro illo laborauit

## Octauus

runt z regnuz eius expectauerunt singuli  
singulis temporibus insignia victorie re  
galia quoq; p̄senti seculo spectabilia post  
labores z angustias sustulerunt.

**Q**uod nec illud a misterio spectaculuz va  
cet vbi aman in patibulo qd mardocheo  
preparauerat ante portas vrbis suspensus  
est. **Capitulum. xxiiij.**

## Agens spectaculū

lum z tunc erat: oculis intuentium z nūc  
est in entibus memorantium: q; homo po  
tens z superbus catenus adorari solitus  
ante portas vrbis in patibulo quod mar  
docheo preparauerat suspensus ē z omis  
cognatio eius: nō nobis ait rex sed deo ei  
reddente quod meruit. **Docipsum** valde  
miratur z iosephus qui tamen totum mi  
rari nesciuit quia sacramentum christi cu  
ius in typum illud gestum est ignorauit:  
vnde iquit mihi p̄ungit mirari nomē dei  
z sapientiam iusticiamq; eius agnoscere  
non solum q; maliuolentia aman puniuit  
sed z q; excogitata contra alium tormen  
ta in eum conuertit: z ceteros hoc sentire  
permisit: quoniam qui contra alium mo  
lestus fuerit hec in se primum parata co  
gnoscat. **Totum** vt iam dictum est mirari  
nesciuit. nos autem sciamus z miremur  
in laudem verbi dei: quia futuri triumphi  
sui quo redimendus erat mundus omnīs  
pulecristimam similitudinem premisit illic  
**Nam** sicut iam supra dictum est in ligno  
crucis non verbum dei: verbum deus in  
terijt: sed diabolus cuius similitudinē ges  
sit aman iudicium damnationis accepit:  
z hoc extra portam ciuitatis: ne vel a mi  
sterio vacet q; ante portas huius vrbis id  
est **Susis** ait idem rex z aman z omnis  
cognatio eius pendet in patibulis. **Hoc**  
exinde plus habz miraculi q; non per ho  
minem prophetam suum siue cognitores  
sui nominis sed per hominem gentilem  
deus rem tanti effecit sacramenti tam p  
fundi plenam misterij

**Q**uod in eo mysticam esse similitudinem: q;  
suspensio aman in patibulo deuit rex assue  
tus regine hester domum eius

**Capitulum. xxv.**

## Folium

### Ed illud ad

**S**misticam similitudinem nō ni-  
hil attinet q̄ suspensio aman in  
patibulo die illo ait scriptura **De. viij.**  
**S**edit rex assuerus hester regine domū  
aman aduersarij iudeorum. **U**tiq; dādo  
hester dedit mardocheo. **N**az subinde sic  
scriptum est: **H**ester autē constituit mar-  
docheum super domum suam. **Q**uantū  
ergo pulcritudinis in hoc facto est: si re-  
colas illud quod in euangelio veritas ait  
**Mathei. xij.** **S**ignificans diabolum de  
domo sua forte eiciendum **C**um inquit.  
**L**u. xj. **F**ortis armatus custodit atriu-  
suū in pace sunt omnia que possidet: si  
autem fortior illo superueniens vicerit eū  
vniuersa eius arma auferit in quibus con-  
sistebat: et spolia eius distribuit. **S**ic futu-  
rum erat: et sic factum est: quia diabolum  
tanq; fortis armatus in genere humano  
potestatem habens per peccatum sic ob-  
tinebat mundum: domum suam: siue atri-  
um suum: sed verbum incarnatum fortio-  
re manu superueniens vicit illum: et atriū  
illius fecit suum. **P**ulcre igitur cum he-  
ster mardocheus euadens panibulum vi-  
uus suspensi aman domum possedit. **Q**u-  
sic futurum erat vt christus verbum dei:  
cuius origo carnis per hester et mardo-  
cheum defensa est in cruce damnato prin-  
cipe mortis ipse cum ecclesia sua prin-  
cipatum teneret presentis quoq; seculi pu-  
blica religione sociali secularis imperij et  
ecclesiastici sacerdotij festiuitate.

**Q**uomodo impletum sit illud de som-  
nio mardochei q̄ paruus fons qui creuit  
in fluuium in lucem solemq; conuersus e-  
**Capitulum. xxvj.**

## Qvis tandem

**Q**non videat effectus somnij ve-  
rum sicut dicitur est. **P**aruus  
fons qui creuit in fluuium et in lucem so-  
lemq; conuersus est: et in aquas plurias  
redūdauit hester est: quā rex accepit vxo-  
rem: et voluit esse reginam. **S**ed forte di-  
cis. **Q**uod omnis ciuitas exultauit et leta

## lxvj

ta est: q̄ iudeis noua lux oriri visa ē: gau-  
dium honor et tripudium: q̄ apud omnes  
populos vrbes atq; prouincias quecūq;  
regis iussa veniebant: mira exultatio: epu-  
le atq; conuiuia: et festus dies: q̄ iō post  
tristitie noctem tantam habuerunt leticie  
lucem paruus est: vt iam completum il-  
lic arbitremur: q̄ paruus fons crescens in  
fluuium conuerti visus est in solem. **C**on-  
cedendum est: quia nullum gaudium trā-  
sitōrium pro quanta cūq; sui magnitudi-  
ne meretur nuncupari: sol autem compa-  
rari soli: cuius videlicet solis lux siue for-  
ma non mutatur: vt luna: sed plena perfe-  
uerat. **I**gitur neq; iacob i somnio ioseph  
neq; hester in somnio mardochei propter  
suam personā soli assimilata est. sed pro-  
pter christum iusticie solem vnum et solū  
tam ille q̄ hec per solem signatus est. **N**il  
le quia iam christū habebat in promissio-  
ne: hec idcirco: quia christi genus vno na-  
scretur reseruauit adiuuante sui corpo-  
ris gratiosa pulcritudine. **F**ideiq; et caste-  
mentis merito precunte. **F**inis et causa fi-  
nalis eorum que tunc facta sunt christus  
est. **E**t idcirco veraciter dicitur: quia puus  
fons in solem conuersus est.

**De captiuitate populi dei: q̄ inter ta-  
lia gloriofior atq; felitior fuerit ipsa capti-  
uitas omnibus regnis.**

### Capitulum. xxvij.

## Qmparetur

**Q**nunc illa populi dei captiuitas  
cum libertate gentium sub qui-  
bus vel inter quas populus ille captiuus  
erat. **Q**uid nam gloriofior quid felicitior  
extat gentium: neq; sine deo crant impe-  
riosa libertas: an populi spem habentis i  
verbo pmissionis captiuitas. **E**t vero vt  
certum respondeas iudicium: respice con-  
scriptam ex historijs et annalibus felicitate-  
tem: imo infelicitatem gentium et regum  
super eos dominantium. **Q**uomodo re-  
gnabat: quomodo imperiebant. **I**n san-  
guinibus regnabant: in mortibus impera-  
bant: false viuētes: et vere morientes: glo-  
riam siccantes: et calamitatem bibentes.

## Liber

Nunquid enim illa que diximus capita draconis inter ea: dum contra mulierem in vtero habentes stabant et habant saltem sibimet parcebant: et inuicem mordendo semetipsa laniare cessabant: ymo suis moribus semetipsa multo magis cruciabant. Nam contra mulierem quidem vno malignitatis spiritu male concordantia rictum cum semper faciebant: dentesque collidebant: sed contra semetipsa mirum modo diuisa inuicem oderant. Et super inuicem saliebant: terramque suo sanguine quasi copioso imbri compluebant. Reges regumque amici amicorum: cognati cognatorum: filij patrum: patres filiorum: nec maternis vberibus filij parentes sanguinem voraces hauriebant: irritati interdum solummodo fauoribus dissonis propter regni cupiditatem beluina. Mater nonnunquam dum alteri filio plus fauere putatur: ab altero filio iugulatur: et a filio pater obrutur. Multa centena et plusquam milia centena diebus bello cesa nimirum diabolo pro ludo habentur. Non est presentis propositi: horribiles et diabolicas recitare gentium bellorum tragedias qui vult: vel cui vacat sunt historie multiplices: legat illas. **N**ostra hic intentio est perhibere quod verum est: captiuo dei populo gentes: vel reges gentium captiuantes illos etiam secundum presens seculum fuisse miserabiliores: quomodo istis respicientibus ad promissionis verbum: omnia non solum in futuro: verum etiam interdum in presenti seculo cooperabantur in bonum: illis autem cum verbo dei nihil habentibus omnia cooperabantur in malum.

**Q**uomodo superato regno persarum et medorum successit regnum macedonum secundum visionem danielis vbi arietem contriuit hircus caprarum:

Capitulum. xxviii.

**Q**uod eundem fieri oportebat quod in verbo domini dispositum fuerat sicut danielis preuiderat ut videlicet **Da. viii.** hircus caprarum veniens super faciem totius orbis terre et effraus in arietem per

## Octauus

cuteret eum et cornua eius confringeret ita ut arietem de manibus eius nemo liberare posset. Hircus caprarum regnum fuit macedonum et cornu in signo quod habebat inter oculos suos magnus alexander extitit. Porro aries erat regnum persarum et medorum varius arsami filius regnabat rex quartus decimus in quo completum est quod significabatur per monstrante prophenco spiritu **Da. viii.** **Q**uod misisset ait in terras arietem hircus conculcauit eum. Et nemo quibat liberare eum videlicet arietem de manibus eius. **D**e hoc mirabile et miserabile illud propter prememoratum regum vel regnorum gentium infelicem felicitatem non pretereire libuit: quia grande spectaculum factus est: et experimentum magnum quod sit instabilis status seculi quod infida fiducia mundi tribus preliis ab alexandro victus a cognatis suis aureis compeibus et catenis in gratiam victoris vincitur: et clauso vebiculo exportatus multisque vulneribus confossus adhuc spirans ab alexandro militibus inuenitur. et perlatus ad alexandrum felicitus te inquit hostem quam cognatos propinquosque sortitus sum. **M**atri quippe et liberis meis a te hoste data vita mihi a cognatis erepta quibus et vitam dei et regna. **H**ec propter incertam et ludricam mundane felicitatis aleam commemorata sunt: quia regna mundi semper fallacia fuerunt et sunt. Verum autem est verbum quoniam domini est regnum et ipse dominabitur gentium.

**Q**uales ob causas regnum macedonum in anteriore visione per pardum in sequente per hircum fuerit signatum.

Capitulum. xxix.

**N**unc illud quod animaduertere libet quoniam ad intentionem presentis operis non nihil attinet quod regnum macedonum in anteriore visione per pardum in sequente signatur per hircum. Nunquid enim sine causa tam diuersa vnius eiusdemque regni figura est premonstrata. Nequaquam: sed ob res diuersas visionum species

## Folium

variata est spiritus sanctus spiritus propheticus sicut presciuit res venturas ita rerum venturarum sciuit congrue precuntes ac comodare figuras: futurum quippe erat ut regnum macedonum et ferinam paridi ferocitatem et effeminatam hirci habens libidinem: sua vibraret cornua contra altissimum suam obfirmare seuitiam praerum et vere firmum sepedicte promissionis verbum. **Ex** sacris recitandum est historiis et postmodum recitabitur quas sepe et quod fuerit libidinosum: ferocitate crudeli et crudelitate feroci: sanctos altissimi contemendo: libidine insana insania libidiosa populum et templum dei contaminando ferocissimum atque crudelissimum secundum paridi seuitiam: libidinosum et effeminatum secundum hirci semper in libidinem precipulantiam: astutum atque versutum secuncum paridi varietatem: fluxum atque incontinens secundum immoderatam sanguinis hircini calorem. **Uicis** istis tam diuersis ferocitate atque libidine regnum illud macedonum siue grecorum contra verbum promissionis laborauit quod postmodum suo loco plene dicendum erit et idcirco prece dent visione per pardum et subsequente per hircum illud premonstrari dignum fuit.

**De regno persarum et medorum cur in anteriore visione per visum in scuete fuerit per arietem significatum.**

**Capitulum xxx.**

**N**ihilominus et de regno persarum atque medorum quesitu dignum est cur in visione anteriori per similitudinem visum et in subsequenti per formam arietis sit signatum. **Ad** quod congrue responderi potest quia cause diuersae imo contrariae regni illius fuisse erga dei populum et circa repositum in populo illo sepedicte promissionis verbum. **Causas** illas tam longe diuersas dicere non dubitauerim quod diuersae nature sunt horum animantium visum et arietis: quorum alterum raptum et cruore viuunt alterum innocuum neque sanguinem suum neque raptum viuunt. **Promptum** est

## lxvij

hoc discerni si respicias regnum illud secundum amantem quod crudele fuerit secundum reges quod clementer illi populo impenderit amantem quippe moribus veraciter visus truci furore in manu rabie iudeorum genus vniuersum ore aperto huius deuorare voluit. **Reges** autem maxime assuecruere more arietis lanis suis id est opibus multis quibus regnum illud habundauit cunctis populis fouit et ditauit nullumque denique malignitatis infligit sicut aries dente neminem percutit: imo vitam gentis illius multum lenificauit gratia regine bestiae et mar dochei. **Sed** forte dicat quis ipsam personam regis assuecruere per visum in illa visione oportere intelligi quia scriptum est **Et** sic dicebant ei videlicet visum **Ca. vij** Surge comede carnes plurimas: hoc signat illud dictum **De. iij** **Cassucro** regi **Si** tibi placet decerne de populo ut pereat. **Ad** haec inquit non solum regis personam sed totum regni corpus signauit visus: nec soli regi dictum est decerne ut populus sed toti regno mandatum est per omnes prouincias ad omnes satrapas et iudices prouinciarum ut occiderent atque deleterent omnes iudeorum populum. **igitur** secundum amantem quidem et secundum omnes qui in deis nocere voluerunt visus ferocissimus **Secundum** reges et omnes illos qui malignitatis illius spiritus non habuerunt quod si aries fuit regnum illud

**Cur hircus visus est vnum tantummodo habens cornu inter oculos suos aries autem cornua duo.**

**Capitulum xxxj.**

**Et illud que** ras cur idem hircus visus est: vnum tantummodo habens cornu inter oculos suos: aries autem cornua duo: facilis patet responsio: quia corpora quidem animantium singula regna signant: reges autem eorundem regnorum intelliguntur per cornua. **Constat** autem quia regni macedonum rex vnus alexander extitit: et victo dario: sicut iam dictum est: solus suo tempore regnum tenuit: regnum autem persarum et medorum non rex vnus

## Liber

extulerat capta babilonia: sed duo babiloniae victores et duo fuerunt reges eodem tempore unius imperii consortes videlicet cirus et darius auiculus eius astragis filius. bene igitur birici quidem unum arietis autem duo cornua visa sunt: quia videlicet rex unus regnum macedonum. Duo autem reges persarum et macedonum. Roborauerunt imperium. cirus tempore vel etate iunior quam darius victoribus et potentia plus creuit nec non et opibus et dario est effectus. hoc pulchre visio memorata inuit dum premissio Dani. viij. **Et ecce aries unus stabat ante paludem habens cornua excelsa subiungitur: et unus excelsius altero atque succrescens quam et cirus dario valentior: et victoribus magis quam ille proficiens.**

**Quam pulchre ad victoriam verbi dei spectet ipsa regnorum mutatio: quia non euenit casu: sed iudicante et premonstrante deo per prophetas suos.**

**Capitulum xxxij.**

**A**d summum nomine in ipsis regnorum mutationibus pulchra pars elucet eiusdem victorie verbi dei quam laudari suscepimus. Siquidem vero dicere: et falsi non posse id sine dubio vincere est. et huiusmodi victoria maxime ad verbum pertinet. Dicebat autem deus hec antequam fierent: et de futuris fiebat verbum domini ad homines: ita ut dum fieret sine dubio prestare posset hominibus quam non casu euenirent sed ordinante providentia dei rationabiliter procederent et per iustum iudicium disposita contingerent. Unde quidam ipsorum prophetarum cum premissis dicebat. **Amos. viij. Si erit malum in civitate quod dominus non fecit continuo subiungit. Quia non faciet dominus deus verbum nisi reuelauerit dominus secretum suum ad seruos suos prophetas. Exempli gratia ut de regnis istis mutandis et contra inuicem pugnaturis non fecit dominus quicquam nisi prius reuelaret secretum suum. Primus sub imaginibus bestiarum leone: visus: pardi: et quartus terribilis: que sine nomine describitur et deinde**

## Nonus

sub similitudinibus arietis et birici quas nouissime sermo commemorauit. Cum igitur prius in verbo domini prophetis reuelatur secretum: et nunc demum sicut reuelata vel predicta sunt: ita omnia sunt simul et verbum dei palmam obtinet veritatis: et opinio confutatur illorum qui putant hunc mundum casualiter agi: nec regi providentia dei. Contra quos ait per ieremiam prophetas ipsam verbum domini. **Treno. iij. Quis est iste qui dixit ut fieret domino non iubente ex ore altissimi non egredientur nec bona nec mala: Recte nimirum idignatur contra eiusmodi: quia nihil sit: nisi domino iubente: nihil sine causa sub sole: non agitur mundus absque dei providentia: sed ex ore eius egredientur bona et mala. Mala dum mundus propter sua merita iusto iudicio affligitur. Bona dum prosperitate aliqua consolationem inuenit et lenificatur. Merito ne scitur qui aliter sentit: iuste reprobatur quam contraria sapit. Diciturque de illo quis est iste: quod idem est ac si dicat deus nescio quis sit iste nolo scire quis sit iste. Dicitur dat a me: non noui istum: nolo nosse istum.**

**Incipit liber nonus. De conquestione ad amicum et diabolus inuideat amplius ei qui circa verbum dei seruentius habet stitit iam.**

**Capitulum primum**

**V**incti iam captiuis contra verbum vel propositum dei prelia meditantis animo iam dudum causa subest cur illius reminiatur dicit in iob. **Iob. xxxvij. Ab aquilone aurum veniet et ad deum formidolosa laudatio Tibi chuno amantissimi me pater causa hec intimanda est. Ex quo laudationem domini quam loquebar os meum cepisti amplecti: quasi aurum fateor sensi magis quam eatenus senseraz me esse ad aquilonem id est non habere me sicut oportuisset seruidam diuini amoris vultu**